

1860

As summer is the shape a light.

Interdiction des cantiques pendant la messe

Conc. de Bâle . 1435 . Sess. XXI, c. 8

De his qui in missa non complent Credo, vel
cantant cantilenas, vel nimis basse missam le-
gunt, aut sine ministro

Abusum aliquarum ecclesiarum, in quibus
Credo in unum deum, quod est symbolum et con-
fessio Fidei nostrae, non compleunt usque ad finem
cantatur, aut praefatio seu oratio dominica omit-
titur, vel in laevis cantilenaes saeculares voce
admiscentur, seu missa etiam privata sine
ministro aut per (praeter) secretas orationes,
ita submissa voce dicitur, quod a circumstan-
tibus audiri non potest, statuimus
ut qui in his transgressor inventus fuerit
a suo superiore debite castigetur

Manni. xxix, 107.

Eloge des Saumes. Tous les chantent en chœur à l'église,
même les femmes.

S. Ambroise In Balsmum i enarratio, N: 9

Migne. O. L. XIV, 925

Commence au
bas de col. 926
et aller jusque
vers milieu de
col. 928

« Quid psalmo ~~invidiam~~ gratius? Balsmus...
nocturna arma, diurna magisteria; scutum in
timore, festum in sanctitate, imago tranquillitatis, pignus pacis
atque concordiae, cithara modo ex diversis et disparibus vocibus
unam exprimens cantilenam. Diei ortus psalmum resultat, psalmum
resultat occasus.

Mulieres Apostolus in Ecclesia tacere jubet: psalmum
etiam bene clamant: hic omni dulcis aetate, hic utriusque aptus est
sexui. Hunc senes rigore senectutis deposito canunt, hunc veterani
histes in cordis sui jucunditate respondent, hunc juvenes sine
invidia cantant lascivie, hunc adolescentes sine lubrica aetatis
periculo et tentamento concinunt voluptatis, juvenula ipsa sine
dissipendio matronalis psallunt pudoris, puellula sine prolapsione
verecundiae cum sobrietate gravitatis hymnum Deo, inflexa vocis
suavitate modulantur. Hunc tenere gestit pueritia, hunc meditari
gaudet infantia, quae alia declinat ediscere. Ludus quidam est
iste doctrinae majoris profectus, quam cum seria traditur disciplina.
Quantum laboratur in Ecclesia ut fiat silentium, cum lectiones

leguntur? Si unus loquatur, obstrepunt universi; cum
psalmus legitur, ipse sibi est effector silentii. Omnes loquan-
tur, et nullus obstrepit. Psalmum reges sine potestatis supercilio
resultant. In hoc se ministerio David gaudebat videri. Psalmus
cantatur ab imperatoribus, jubilatur a populis. Certans clamore
singuli quod omnibus proficit. Domi psalmus canitur, foris
recensetur. Sine labore percipitur, cum voluptate servatur;
psalmus dissidentes copulat, discordes sociat, offensos reconciliat,

les Religieuses ne peuvent chanter dans un même chœur avec
les moines ou des chanoines.

Cone. de Latran, 1139, Can. xxvii

« Simili modo prohibemus ne sanctimonialis simul cum
canonicis vel monachis in ecclesia in uno choro con-
venient ad psallendum. »

Mansi xxi, 533

Interdiction des "Chori saeculares," des "puellarum cantica."

Concile d'Auxerre, 578, Can. ix

« Non licet in ecclesia choros saeculares, vel puellarum
cantica exercere, nec convivium in ecclesia praeparare
quia scriptum est: Domus mea, domus orationis
vocabitur »

Mansi ix, 913.

Contre ceux qui viennent à l'église les jours de fêtes, en dan-
sant et en chantant.

Concile de Rome, 826, Can. 35

« Sunt quidam et maxime mulieres, qui festis ac sacris diebus, atque sanctorum natalitiis, non pro eorum quibus debent delectantur desideriis advenire, sed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo ac ducendo, similitudinem paganorum peragendo, advenire procurant. Tales enim si cum minoribus veniunt ad ecclesiam peccatis, cum maioribus revertuntur. In tali enim facto debet unusquisque sacerdos diligentissime populum admonere, ut pro sola oratione his diebus ad ecclesiam recurrant, quia ipsi qui talia agunt non solum se perdunt, sed etiam alios deprimere attendunt. »

Mansi, XIV, 1008

..... illi qui psalmos non tenent ecclesie uoc
Kyrie eleison, Christe eleison uiris uchoantibus mulieribus
que respondentibus, alta uoce canere studeant pro
suis anima.

Capit. Caroli M.

Baluze, I. p. 957.

Non licet in ecclesia choros saecularium vel puellarum
cantica exercere.

Statuta S. Bonifacii c. 21.

Cantus et chorus mulierum in ecclesia vel in atrio
ecclesiae prohibetur.

Homilia Leonis IV de cura parochiali.

Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quod per
dedicationes basilicarum, aut festiuitates Martyrum, ad
ipsa solemnia confluentes chorus foemineus turpia
quidem et obscaena cantica decantare uidentur,
dum aut orare debent, aut clericos psallentes audire.
Unde conuenit, ut sacerdotes loci talia a septis basili-
carum, uel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis
atriis uetare debeant et arcere. Et si uoluntarie
uoluerint emendare aut excommunicari debeant
aut disciplinae aculeum sustinere

Conc. a Chalons an. 650
can. 19.

Quintum capitulum de monachis id est
anillis Dei: quibus flagitatum est, si liceat eas
ad missarum solemnitas, aut sabbato sancto publica
lectiones legere et ad missas psallere sicut Alleluia
vel responsum. De his in libro decretorum beati
Gelasio P. c. 23 destinatum est: quod nefas sit
foeminas sacris altaribus ministrare, vel aliquis
de his quae virorum sunt officii deputata presumere.

Zachariae P. epistol. ad Pipinum

Duchesne, Hist. Franc. t. III. cod. Car.

J. Ferber, D. Cöln, I, p. 317

Importunas in ecclesiis loquacitates Domini Apostoli
in ecclesiis comprimere studentes, modestiaeque atque
gravitatis magistros sese nobis praebentes, ut mulieres
in ipsis canerent, sapienti consilio permiserunt. Verum,
ut omnia divinae documenta in contrarium versa
sunt, hoc quam plurimis in dissolutionem ac peccati
occasionem cessit. Siquidem ex divinis hymnis nos
ingenti compunctione afficiuntur: verum cantus
sacrauitate ad irritandas et extirpandas libidines
abutentes, nihilo eam scenis cantilenis praestantiores,
esse existimant. Operae pretium est igitur, si, quod
Deo gratum est, quaerere, atque id, quod ea utilitate
publica est, facere volumus, vis, ut Christo couponum
instar ad quaestum abutentibus et divinam gratiam
in exitii mercedem convertentibus, ne deinceps in
ecclesia canant, atque in civilitate maneat, interdicere

S. Iohanne de Peluse

l. I. ep. 90

Virginum vero conventus sic collectus esto, ut psallat,
vel legat, sed tacite; ita ut labia quidem loquantur,
non autem ad alienas aures non perveniat. Mulieri
enim loqui in ecclesia non permitto; et nepta quoque
humiliter agat: ut et ore et labia sic moveat, ne
non exaudiat.

Saint Cyrille de Jerusalem.

Precatich. n. 14.

Ecce namque ingressus psalmus voces miscuit et
 ut unum cum harmonia canticum efferetur, efficit.
 Juvenes et senes, divites et pauperes, mulieres et
 viri, servi et liberi, melos unum omnes emittimus.
 Sicut citharaedus diversos nervos arte temperans
 sonos multos unum efficit, quid mirum, si psalmi
 et spiritualis cantici sui ipsorum fecerit? Neque enim
 nos solum praesentes, sed etiam mortuum cum vivis
 miscuit. Ille namque nobiscum psallebat beatus
 Propheta. Etiam si in regis aula non licet, nam ibi
 sedet ille diademate ornatus. Adstant autem omnes
 cum silentio, licet in maximis magistratibus constituti.
 Sic vero non, sic: sed loquitur Propheta et omnes
 respondemus, omnes una canimus. Neque licet hic
 servum videre, nec liberum, nec pauperem, nec
 principem, nec privatum; sed pellitur ille saecularis
 inaequalitas: unus chorus ex omnibus congregatur,
 aequalitas quoque multa in vocibus est, ac coelum
 terra imitatur. Beata est Ecclesiae nobilitas. Neque
 enim dici potest, Dominum quidem cum multa
 confidentia psalle, servum autem reprimi, neque
 rursus divitem quidem linguam movere, pauperem

autem silentium imperari; neque iterum mirum
quidem cum fiducia canere, mulierem vero tacere
et sine voce stare.

Saint Jean Apystotome.

in Psal. CXLV.

cf. Jerber, de Cantu. I. p. 59

Geminae et viri et senes et iuvenes distincti
sunt et sexu et aetate, non tamen distincti
sunt ratione concertus. Unusquisque enim
uocem spiritus temperans unam ex omnibus
conficit melodiam.

Saint Jean Chrysostome

Hom. I in Jo. ev. : V. de Louvain.

Noctu in cernis ut canat Laudes Deo
naturae uterque sensus oblitus suae?
Quot, quamque Sancti cernis Angelorum chorum
qui nunc simul, nunc vicibus alternis canit
partim deorsum positus et partim supra,
sine fine summi concinens Laudes Patris

Saint Gregoire & Naziance.

Mulieres apostolus in ecclesia tacere iubet : psalmum
etiam bene clamant : hic omni dulcis aetati, hic
utriusque aptus est serui . . . si unus loquitur,
obstrepunt universi : cum psalmus legitur, ipsa
sibi est effector silentii : omnes loquentur et nullus
obstrepit . . . magnum plane unitatis vinculum
in unum chorum totius numerum plebis coire.

. Saint Ambroise

in Psalmis I

Ut cum undarum leniter alluentium sono artent cautes
psallentium, plaudant insulae tranquillo fluctuum
choro, hymnis sanctorum personent: unde mihi
ut omnem pelagi pulchritudinem comprehensam
quam vidit operator? Et quid plura? Ecquid aliud
ille concertus undarum, nisi quidam concertus est
plebis? Unde bene mari plerumque comparatur
Ecclesia, quae primo ingredienti populi agmine
totis vestibulis undas uomit: deinde in oratione
totius plebis tanquam undis fluentibus stridet:
tum responsorius psalmorum, cantu virorum,
mulierum, virginum, paruulorum consonus
undarum fragor resultat.

Saint Ambrose.

Hexameron lib. III. 5. P. L. IV. 161.